



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 52. Theologicæ Facultatis Parisiensis censuræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. Ceterum pacis conditiones, quas Historici fufius referunt, non minus Victori erant gloriofæ, quam devictis admodum proficux.

§. LII.

*Theologicæ Facultatis Parisiensis
censuræ.*

*Argentre
Coll. Et. jud.
de novis
error. tom. I.
p. 21. t. 2.
p. 277.*

Hoc anno quasdam censuras a Parisiensi Facultate Theologica pronuntiatas fuisse comperimus, ac præprimis die quarta Aprilis petente Curcellio Syndico damnabatur liber, cui titulus: *Instructio Christiana pro pueris*: postquam igitur Facultas ex hoc libro quasdam decerpserat propositiones, tandem conclusit, *hunc librum esse maxime perniciosum, pestiferum, destructorem potius juventutis instituendæ, quam instructorem, non tantum quia pleraque omittit necessaria ad instructionem puerorum, uti sunt dogmata de confessione Sacramentali, de invocatione Sanctorum, de precibus pro defunctis, de audiendo Sacro, &c. Et in hoc, quod dicit: Solus Christus Dominus est Mediator, & Advocatus pro nobis, aperte est hæreticus, Et passim suspectus de hæresi Sacramentariorum.*

Altera censura die decimo quinto ejusdem Mensis Augusti lata perstringebatur liber a Senatu ad Facultatem transmissus, cui titulus: *Modus in literis*

ris Gallicis prompte, & faciliter addiscendi, Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
 quomodo quis rite legere prompte scribere,
 simulque in omni necessitate Deum orare va-
 leat. Hic liber, cujus Author erat Pe-
 trus Habertus, Parisiis Regis privile-
 gio munitus prodiit, quem Facultas
 mature perlegit, examinavitque, atque
 ex eo duodecim deprompsit propositio-
 nes, quas sequentibus censuris notabat:
 Harum propositio prima erat hæc: *Ab
 illo solo omne tuum bonum, salusque penitus
 dependet.* Hæc propositio, inquit Fa-
 cultas, collata cum aliis consequentibus ejus-
 dem libri propositionibus, scilicet decima, &
 undecima, excludens præceptorum Ecclesia-
 sticorum observantiam, cooperationem liberi
 arbitrii, bona opera, Sanctorum interces-
 sionem, vim Sacramentorum & efficaciam,
 sine quibus non est salus, contraria est sacræ
 Scripturæ.

II. Oratio, *Sancta Maria ora pro no-
 bis, est omittenda.* Author, ita censebant
 Doctores, perniciose & Schismaticæ contra
 antiquam, & receptam Ecclesiæ consuetudi-
 nem, dividit modum salutandi divam Vir-
 ginem Mariam, instituendis potissimum pue-
 ris proponi solitum, subdole nomen Mariæ
 suppressit, & non sine vehementi suspitione
 negantium divam Mariam, & Sanctos
 esse orandos, omittit orationem, *Sancta
 Maria ora pro nobis &c.*

III. Cre

Sæcul XVI.
A.C. 1559.

III. *Credo quod Christus Dominus &c. qui est solus Mediator, & Advocatus orans pro nobis. Hæc propositio sic indistincte posita excludit Sanctorum intercessionem, & avertit Christi fideles, præsertim simplices & parvulos a precibus ad illos fundendis, proinde vehementer de hæresi suspecta est.*

IV. *Quicquid in nobis est, nihil boni in nobis reperimus. Hæc propositio sic indistincte posita conspirat hæresi lutheranae, olim a facultate damnatæ; quod, quicquid in nobis est, peccatum est.*

V. *Non facies tibi sculptile. Hic locus, inquit Facultas, unus est ex multis sacre Scripturæ, quos simplicibus, & pusillis, qui non habent sensus exercitatos, lingua vernacula sic nude & sine explicatione proponi, olim fuisse, & adhuc nunc esse Religioni Christianæ valde perniciosum experimur.*

VI. *Memento requiei. Hæc propositio sequenti censura notatur: „licet Author proponendo præceptum de sanctificatione Sabbati reddat ad verbum Scripturæ contextum, tamen quia hoc vernaculum vocabulum, REPOS, nec hoc loco exprimit, aut insinuat diem Dominicum, qui in lege Evangelica Sabbato & requiei judæorum successit, nec in toto libro meminit illius diei Dominici, nec festorum, quæ ab Ecclesia observari solent, hac versione nec sufficienter, nec Christiane pueros & simplices instituit.*

VII.

VII. *Nec illi addas, nec demas: licet nihil, censent Facultatis Doctores, contrarium, Sacrae Scripturae sit addendum, tamen Auctor in hac puerorum institutione locum Scripturae sine ulla explicatione subdole proponit, quo haeretici falso, & perniciose intendunt nihil esse recipiendum, faciendum, aut omittendum, nisi quod sit in sacra Scriptura expressum.*

Sæcul XVI,
A. C. 1559.

VIII. *Expecto omne meum bonum, ac felicitatem a tua sola benedictione.* Hæc propositio simili censura, ac prima perstringitur.

IX. *Si Castorem, & Pollucem Gentilium & Paganorum rejicis, non sis tibi metipsum Sydus &c.* „Captiose & irreverenter sub nominibus Castoris & Pollucis, videtur innuere in periculis non esse invocandam Virginem Mariam, nec ceteros Sanctos.

X. & XI. *In te solo est spes mea, ego nullam spem nisi in tuam solam bonitatem habeo: Non aliam habemus securitatem, & refugium nisi in te solo.* Ambæ hæc propositiones censuram primæ æqualem ferebant.

XII. *Oratio in die, ubi ad Synaxin acceditur, recitanda.* Hæc oratio fuit condemnata, eo quod oratio sit Calviniana, qua suos olim Discipulos instruebat.

Die decima sexta Junii eadem Facultas habito Sorbonnæ conventu deliberabat, an librorum, quos Paulus IV, Papa

Sædul. XVI. A.C. 1559. Papa damnaverat, Indicem unacum
 Doctorum approbatione typis vulgandi
 facultas concedenda esset, hancque in
 rem visum est Magistris istis, ut di-
 ctus catalogus diligenter prius perleg-
 endus esset a quibusdam ex Magistris
 nostris, ad quorum relationem facul-
 tas videret, quid esset agendum. Ob-
 latum est insuper in eodem congressu
 opus jamjam impressum Joannis Feri in
 Matthæum, illudque offerebatur, eo fine,
 ut examini subjectum, si opus fuerit,
 corrigeretur. Ad hoc vero censuerunt
 Doctores, librum hunc impressum, quod
 scateret plurimis erroribus, ac hæresibus,
 quemadmodum dixerunt, & docuerunt
 quidam ex Magistris nominatis, qui illum
 legerunt diligenter, esse supprimendum,
 indignumque esse emendatione, ac cor-
 rectione, ut imprimatur, ne sub nomine
 correctorum simul incorrecti vendantur,
 qui jam sunt in Germania, & Burgundia
 impressi.

Vide supra
Lib. CLIII.
§. 109.
et seq.

Die vigesima tertia Augusti Facul-
 tas rursus congregata deliberabat circa
 propositionem, quam nonnulli Regii Sena-
 tus Patres in nupero suo, ut vocant,
 Mercuriali confessu, circa necessitatem
 Synodi, ac circa hæreticorum poenas
 usque ad hujus Concilii celebrationem
 differendas enuntiabant: Hanc vero
 propositionem ipsemet Franciscus II. Rex
 ad

ad Facultatem deferebat, his conce- Sæc. XVI.
 ptam verbis: *In dubiis, ac opinionum va-* A.C. 1559.
rietate, quæ tam circa Sancta Ecclesiæ Sa-
cramenta, Constitutiones & Dei, necnon *Argentre*
Ecclesiæ Catholicæ traditiones, quam circa 6. p. 279.
Missam, & pretiosi Corporis Christi Domini
consecrationem emergunt, ad novum Con-
cilium recurrendum est, interea vero solitæ
hæreticorum pœnæ suspendantur, ac cuili-
bet opinandi libertas relinquatur. „Hæc
 „propositio, declarat Facultas, quæ
 „nunquam in controversiam venire de-
 „buisse, & plane hæretica, sacramen-
 „taria, perniciosissima, errorum om-
 „nium, atque hæresum confirmativa,
 „Reipublicæ Christianæ, tam Ecclesia-
 „sticæ, quam civilis everfiva, & qui-
 „cunque eam quomodolibet defenderit,
 „hæreticus, sacramentarius, ac totius
 „Reipublicæ conturbator censendus est.,

§. LIII.

*Franciæ Regis epistola ad Facultatem
 Theologicam.*

Biduo post Facultas a Rege epistolam
 recepit hujus tenoris: Carissimis, ac
 dilectis Decano, & Facultatis Theo-
 logicæ Parisiensis Doctoribus. „Ca-
 „rissimi, ac dilecti: considerantes singu-
 „larem affectum, ac pietatem, qua de-
 „functus Rex noster admodum hono-
 „randus Dominus, ac Parens, quem
 Deus